

in pris. In ea enim ut clerici minorum ordinum delicta atrociora patrantes in Regno Valentiae facilius compescantur, cautum est, quod pro quindecim delictis ibidem expressis privilegium fori amittant. Et dum haec crimina enumerantur, sic Julius ad rem ait: *seu aliquem archibus, vel escopo, alias escopia occidens, seu occidere procurans, quamvis eum non vulneraveris, vel terigeris.* Nam adeo acerbum, immane, atque proditorum hoc crimen illi summo Antifiti vi sum fuit, quod ex eo solo privilegium fori amitti decreverit, atque Cuius seculari tradi, quicumque clericus minorum ordinum ea admiserit. Et sic aperte constat ex mente quatuor summorum Pontificum deducto ex Bullis publice expeditis reprobatum fuisse

48 hoc armorum genus, quorum duo aperi-
tis verbis arma proditoria esse decreve-
runt, cum ea uti talia ex sui natura qua-
lificando, tum etiam poenam criminis
laeti Majestatis atque consipirationis in
fontes interrogari jubendo. Ob quod qui-
cumque occiderit dolo malo proximum
suum istu horum armerum, verè pro-
ditoriè necat, ac per consequens etiam
in terminis Gregorianæ Constitutionis
indignus sit privilegio immunitatis Ec-
clesie. Sed Angela Bernardinum inter-
fecit cum tormenti reprobata mensu-
ra istu, ut, abunde in causa constat-
bat: ergo dubitari non potuit de qualis-
tate proditoris.

49 Ad ea quæ usu Sinatum ante-
quam ad nos pervenerint hæc, arma,
responsum non damus, quia Julius Caes-
sar Scaliger ad lib. subtil. Cardan. exer-
citione 99. sufficienter respondisse vi-
detur. Et quamquam concedamus, si
commercium cum Sinis habitum in Eu-
ropa non fuit usque ad annum 1597.
quo Vasquevius Gama, promontorio
Bona Spei superato, spem Lusitanorum
erexit ad eas Provincias Afriæ lustran-
das, ut omnes Historici narrant: quo
paeto ad Sedem Apostolicam notitia
pervenire poterat, ut sacris Canonibus
earum usu reprobaretur.

CONTROVERSIA XXXII.

*De ancilla pubere, sed decimum se-
ptimum annum non attingente do-
minam occidere conante veneni pro-
pinatione.*

SUMMARIUM.

- 1 *Veneni crimen frequentissime per feminas patratur.*
- 2 *Venena per absam nocent.* ibi.
- 3 *Facti species refertur.*
- 4 *Propinantes venena pœna legis Cornelie de scariis plectendi sunt.*
- 5 *Jura Hispania crimen venenationis plectenia.*
- 6 *Venens propinatio admixtam secum praefert proditionem.*
- 7 *Pœna veneficii de jure civili Romanorum fuit damnatio ad bestias in viliis con-
ditionis reos.*
- 8 *Servi acerbi puniri debent ac liberi.*
- 9 *Graviss est occidere veneno quam ferro;*
- 10 *Servi saluti dominorum insidiantes igne combrebantur.*
- 11 *Apud Persas venena propinantibus capi inter saxa contundebatur.*
- 12 *Apud Hebreos venenum eis propinabatur.*
- 13 *Quid Apud Athenienses.* ibid.
- 14 *Plato damnando ad bestias dicebat.*
- 15 *Apud Italos pœna furcarum plecti solent tam nobiles quam plebei.*
- 16 *Apud Gallos igni traduntur.*
- 17 *Apud Germanos viri rotæ assigi debent, femine in aqua submergi.*
- 18 *Apud Hispanos tempore Uxicego ho-
rum exquisitis tormentis affecti ma-
la morte plectebantur.*
- 19 *Apud Valentinos vir suspendendus est, femina concremandi.*
- 20 *In Regnis Castelle de jure Partitarum ad bestias damnabantur.*
- 21 *Hodie quia pœna haec recessit ab aula, ad caudam jumenti trahuntur, furca necantur; atque in frusta scinduntur tanquam proditores.*
- 22 *Affectus, non fecito effectu, regulariter non onpnuntur pœna ordinaria.*
- 23 *Text. in l. divus Adrianus 14. ff. ad leg. Cornel. de sciar. expenditur.*
- 24 *Text. in leg. cogitationis 18. ff. de pœn. expenditur.*
- 25 *In atrocioribus affectus punitur; eadem pœna*

- pœna non sequito effectu, si perva-
tum fuerit ad actum proximum.*
- 26 *Contrarium de consuetudine plures tenet.*
- 27 *Sed haec opinio non procedit quando ad effec-
tus specialis per quam affectus pari-
pœna plectitur.*
- 28 *Servi ex affectu in dominum puniri de-
bent eadem pœna, ac effectu sequente.*
- 29 *Text. in l. i. in fin. ff. ad leg. Pompei.
de particid. juncta l. aut facta, §.
per bona, ff. de pœn. expenditur.*
- 30 *Servus in jure, quod reverentiam res-
pectu domini, aequiparatur filio respec-
tu patrii.*
- 31 *Lex Hispanie expreſſe pœnam mortis imponit ex affectu propinandi vene-
num ad occidendum.*
- 32 *In Regnis Hispanie non solum ad effec-
tus dispositio quoad filium clementem
venenam ad occidendum patrem, sed
generalis comprehendens omnes.*
- 33 *De jure Hispanie acerbius plectendi sunt servi quam liberi.*
- 34 *De jure Hispanie ex preparatione ve-
neni pœna mortis imponitur.*
- 35 *De jure Hispanie vulnerans aut percu-
tiens proditorie, per insidias, aut con-
silio adhibito, animo occidendi, punitur
eadem pœna ac si occidisset.*
- 36 *Propinatio veneni est crimen prodito-
rium.*
- 37 *Minor decem & septem annis plecti
mittiūs præcisè debet de jure Hispano,
cum duobus segg.*
- 38 *Decisio Aule:*
- F**oeminae, ut alibi dixi, venenandi ar-
tem adinvenerunt, ut tradit. Dio-
dorus lib. 5. antiqu. geogr. Natal. Com lib.
9. Mythol. e. 6. & Tiraguel. in l. 8. connub.
n. 19. cum segg. Romæ per aliquot saecula
similis questio excogitata non fuit, teste
Valerio Maximo lib. 2. cap. 1. ibi: *Vene-
nicii quæstio, & moribus, & legibus Romanis
ignorata, complurium matronarum patefacto
sceleri orra est, que cum viros suos clande-
stiniis insidiis veneno perimerent, unius an-
cilla indicio protracta pars capitali judicio
damnata, centum septuaginta numerum con-
pleverunt. Quæ evenerunt M. Claudio
Marcello & T. Valerio Confulibus anno
ab urbe condita 466. ut narrat Livius dec.
1. lib. 8. c. 18. postea saepius repetita, ut
idem Livius tradit, sed semper de
mulieribus, ut testatur Carolus Sigo-
nius libro 2. de judicij, cap. 30. Quæ
quidem venena, ex his quæ natura
dedit ad medelam confici solent; nam,*
- ut ait Plinius lib. 2. hist. natural. c. 63.
Terra nobis malorum remedium genuit, nos
illud fecimus venenum. Abusu scilicet, cu
non adhibetur in id ad quod Deus me-
diante natura creavit. Mercurius nam-
que, sive argentum vivum, ad plura
utiliter adhibetur, praesertim ad purga-
tionem omnium metallorum, ad curatio-
nem morbi Gallici, & sic similia; sed
eo sublimato ex quo derivationem sum-
psit nomen nostra vernacula lingua ci-
attributum, nempe Soliman, ut tradit Se-
bastianus Covarruvias in suo Thesauru*
- Si in portu, vel cibo propinetur, venenum
lethalē est, ut docent Ulysses Aldrovandus
in museo metal. lib. 1. c. fin. & Paul.
Zacchias in quest. medic. leg. lib. 2. tit. 2. q.
4. n. 30. cum segg. Ancilla ita, ut tatis qua-
tuordecim annorum (neque per alpe-
stum aliud apparebat) animo occidendi
dominam, ex nobilioribus foemini hu-
jus Corix, quantitatem hydrargyri mis-
cuit in potionē usū frequentissima apud
nos, quam novo orbi debemus, & vul-
go dicitur Chocolate) de qua Joannes
Laeth in nov. orb. lib. 6. c. 2. sic ait: *hoc
potu indigenæ hospites suos, etiam magna-
tes excipiunt, hunc Hispani, sed magis His-
pana ita depercunt, ut postquam illi affue-
verunt, se sine illo vivere posse negent. Su-
mere domina cum cepisse, infuetam
asperitatem in lingua, & gutture pre-
sentiens, à potatione cessavit, successere
aliqua symptomata, & adhibitis medi-
cīs ex partite materiæ sumpta, faciliter evasit; sed plenè per eorum rela-
tiones constitutæ de qualitate, & quantitate
veneni propinati, per testium deposi-
tiones sufficienter gravata fuit ancilla, ab-
stine tandem ea convicta, atque confessa, ab-
sque tortura, dubitabatur qua pœna esset
pletenda.**
- Attenta dispositione juris civilis, du-
bitari non poterat crimen hoc com-
prehensum fuisse sub dispositione legis Cor-
nelia de scariis, ut probat Text. in l. i.
§. 1. & leg. 3. §. 1. cum segg. ff. eo titulo,
cum qualitate aggravata deducta ex
Text. in l. i. C. de mal. & Mathem. do-
cent Clarus in §. homicidium, n. 14. ubi
Baiard Tiber. Decianus tract. crim. lib.
9. c. 2. cum segg. Bossius in prax. tit. de homic.
n. 13. Pet. Greg. l. 36. syntag. c. 18. Farin. in
prax. q. 122. ex n. 1. Pet. Cabal. de homic. n.
603. cum segg. Ant. Matth. lib. 78 ff. tit. 5.
c. 5. Math. Berlich. p. 4. concl. 5. n. 30. & Be-
nedict. Carpz in pr. p. 1. q. 20. n. 15. cum segg.*
- De jure nostro per Texum in l. 2. tit. 2.
lib. 6.*

lib. 6. for. iudic. & in l. 7. & 12. tit. 8. Joseph. lib. 4. antiqu. Judaic. c. 8. ibi: venenum neque lethale, neque alias noxiun quisquam Israëlitarum penes se habeat: quod si habere deprehensus sit, morte multetur, & patiatur id quod facturus erat illis, adversus quos venenum paraverat. Atheniensis 12 inter atrociora crimina venenum connumerabant, ut tradit Car. Sigan. lib. 3. de repub. Atheniens. c. 1. Persæ veneficorum capita lapidi lato imposita alterius lapidis incusso exterebant. Alex. ab Alex. l. 3.c. Cæl. Rhodigin. lib. 10. antiqu. lect. c. 5. Plato dialog. 12. de legib. Medico venenis utenti ad detrimentum, mortis poenam imponendam sanxit, idiota verò poenam damni irrogari, sed intelligit pro Medico, quicumque peritiam veneni adhibendi obtinet. At dial. 3. ad bestias damnandum docet, ut refert Decianus d. lib. 9. c. 21. n. 3. In totis provinciis Italix poena propinata veneni est suspensionis, sive furearum, absque eo quod nobilis distinguatur à plebeio, quia ratione immanitatis hujus criminis amittitur privilegium nobilitatis, sic tradit Petrus Cabal. d. tract. de homicid. n. 61. licet non semel exasperatam hanc poenam ex eadem ratione, reum ad caudam jumenti usque ad locum supplicii, & post enecationem in frusta leendantur, per vias publicas corpora suspendantur, ut inscpulta remaneant.

6. Quibus suppeditis, dubium hujus controversia non versabatur circa qualitatem poenæ, quia de jure, & consuetudine nemo habebat: neque circa probacionem, quia convicta, & confessa repetiebatur: sed primum an ex eo quod non occidisset, poena mitiganda esset, & secundum an ex capite minoris exatis subveniri deberet. Circa primum dubium certissimi juris est, quod regulariter crimina non puniuntur ex solo affectu, non secuto effectu, poena ordinaria, ut omnes Doctores tenent. Nam licet Consultus in l. divisus Adrianus 14. ff. ad leg. Cor. n. 1. de sciar. dicat: *In maleficiis voluntas spectetur, non exitus.* Hoc ita sumendum est, ut indistinctum ex sola voluntate delinquendi aliquis puniatur. Imd Ulpianus in l. cogitationis 18. ff. de pan. contrarium sensu videtur, dum dicit ibi: *cogitationis panam nemo patitur.* & licet Jacobus Cujac. lib. 8. obser. c. 12. distinguat ita ut Ulpianus loqueretur in edito, quod quique juris, Callistratus autem in ceteris casibus: haec distinctio non placet, quia licet fatear Ulpianum locutum fuisse de illo edito, postquam eius verba in libris digestorum apposta sunt, sub rubrica de poenis, generaliter quoad quicumque impositionem poenarum intelligenda sunt: sed ita ut nemmo qui male facere voluit, plectatur, cum æquum non sit, nisi quod factum voluit fecerit etiam aut ad aliquem actum perduxerit, ut ex Gallio exponit Dionys.

7. mihi probat Text. in l. capitalium 28. §. igni, ff. de panis. Per quem Textum igni tradidissentur quicumque servi saluti dominorum infidaverint; & non possunt contemplari graviores infidæ, quam illæ quæ sunt per propinationem veneni, cum gravius sit veneno occidere quam ferro, ut rescripsit Imperator in d. l. 1. C. de malef. & Mathem. ac per consequens graviori animadversione digna erat; quia in ea concurrebat conditio servilis, d. leg. aut facta, §. persona: infidæ juxta d. leg. capitalium, §. igne, & prava qualitas veneni ex d. l. 1. Quare ex solo conatu, quia in dominam infidias pessimas paraverat, poena concremationis afficienda erat ex Textuali dispositione d. §. igne, quo Callistratus accurate dixit ibi: *igne cremantur plerumque servi, qui salutem dominorum suorum infidaverint.* Non enim Consultus in his verbis effectum infidiarum contemplavit, sed solum quod salus domini infidii appetatur.

8. Nec novum est, nam ex sola qualitate veneni, poena omni tempore aggravata reperitur in republica Hebreorum ex sola retentione veneni poena capitali cum ipso veneno plectebantur, ut tradit

9. Vt vice-Gothorum venefici exquisitis tormentis cruciabantur, ac mala morte multati interimebantur, ut probat Text. in d. l. 1. tit. 2. lib. 6. for. iud. ibi: *Deven ser tormentados los que las dieren e morir mala muerte.* Vel quia force candentes vellicabantur, vel ad devorandum bestiis tradebantur, ut explicat Villadiego. In Regno Valentiae, ut dixi de regim. urb. tom. 2. c. 8. §. 8. n. 106. virtus poena furearum plectuntur, ut observari vidi in personam Josephi Salvator, cui ad-

dita fuit qualitas particidii, quia uxorem necaverat. Feminae autem concremandæ sunt, & in eis poena exacerbatur ob frequentiam delinquendi: licet nostris temporibus non fuit ad executionem deducta similis poena, quia rea defecit in carcere, antequam sententia latra fuisset. Ac denique in Regnis Castella per d. l. 7. tit. 8. part. 7. bestiis dilaniandis atque tradendus est etiuncumque hominem veneno occiderit. Sed quia de generali consuetudine totius orbis Christiani, hac poena ab usu recessit, nam hominem quantumvis criminis, & execrabilem à bestiis dilaniati, inhumanum visum fuit, & Ethnicorum acerba execratio; condemnantur ad poenam surcarum, cum qualitate assuta in crimen proditionis: nempe quod trahantur ad caudam jumenti usque ad locum supplicii, & post enecationem in frusta leendantur, per vias publicas corpora suspendantur, ut inscpulta remaneant.

10. Quibus suppeditis, dubium hujus controversia non versabatur circa qualitatem poenæ, quia de jure, & consuetudine nemo habebat: neque circa probacionem, quia convicta, & confessa repetiebatur: sed primum an ex eo quod non occidisset, poena mitiganda esset, & secundum an ex capite minoris exatis subveniri deberet. Circa primum dubium certissimi juris est, quod regulariter crimina non puniuntur ex solo affectu, non secuto effectu, poena ordinaria, ut omnes Doctores tenent. Nam licet Consultus in l. divisus Adrianus 14. ff. ad leg. Cor. n. 1. de sciar. dicat: *In maleficiis voluntas spectetur, non exitus.* Hoc ita sumendum est, ut indistinctum ex sola voluntate delinquendi aliquis puniatur. Imd Ulpianus in l. cogitationis 18. ff. de pan. contrarium sensu videtur, dum dicit ibi: *cogitationis panam nemo patitur.* & licet Jacobus Cujac. lib. 8. obser. c. 12. distinguat ita ut Ulpianus loqueretur in edito, quod quique juris, Callistratus autem in ceteris casibus: haec distinctio non placet, quia licet fatear Ulpianum locutum fuisse de illo edito, postquam eius verba in libris digestorum apposta sunt, sub rubrica de poenis, generaliter quoad quicumque impositionem poenarum intelligenda sunt: sed ita ut nemmo qui male facere voluit, plectatur, cum æquum non sit, nisi quod factum voluit fecerit etiam aut ad aliquem actum perduxerit, ut ex Gallio exponit Dionys.

11. Gothonfred. in d. l. cogitationis. Ob quod in atrocioribus, effectus non omnino spectatur; sed factum intelligitur si per reum procedens ad actum proximum, factum fuit quidquid in se erat, ad effectum consequendum, ita ut per eum non fieret, quominus delictum principale consummatetur. Quæ verificantur in explodente archibulum glande plumbea, & pulvere pyro onustum: nam si pulvis non accendatur, aut ictus effretur, non stat per explodentem, qui fecit quod in se erat ad occidendum, ut in eo causa considerant Malfr. der. t. 5. Baldel. l. 5. prag. 3. & 45. tit. de arm. prohib. num. 1. & alii relati per Marinum Giurbam obser. 33. n. 1. cum segg. Sic patitur in veneno, quod postquam in eis, aut in potu propinatum est, ex parte dantis, factum fuit quantum in se erat: sic tenerunt globo in c. 1. de presam. Bartol. in l. 1. ad fin. ff. ad leg. Pompei. de parr. Bollius d. n. 13. Menoch. de arbitri. cas. 350. n. 17. Papon. lib. 23. arrest. 3. tit. 10. Petr. Greg. d. c. 18. n. 17. Clari. d. §. homicid. numero 14. ubi Baiard. n. 34. vers. item add. & §. fin. q. 91. n. 2. ubi idem Baiard. n. 6. Decian. d. lib. 9. c. 23. n. 3. ad fin. vers. quam conclusionem. Farinac. d. g. 122. n. 14. & 19. & q. 124. num. 3. 8. 11. & 21. Caball. de homicid. num. 60. & Anton. Matth. d. cap. 5. num. 3.

12. Sed his maximopere obstate videtur limitatio Julii Clari, Deciani, Farinacii, & aliorum, qui de generali consuetudine testantur numquam puniri affectum, affectu non secuto, poena ordinaria, quos sequitur Carpzovius q. 21. n. 37. quia omnes loquentur in terminis generalibus, & in levioribus criminibus. Giurb. obs. 33. n. 1. Non autem quando adest lex specialis, per quam constitutum est, quod effectus poena ordinaria plectatur. Num tunc lex constituit delictum speciale ipsum effectum, qui quidem in sua specie perficitur per actum proximum, ac per consequens cessant rationes in contrarium perspice. Sic docent Clarus d. g. 91. n. 2. & ad eum Baiardus d. vers. item add. Fatini. d. q. 114. n. 37. & Catpov. d. q. 21. n. 38. Ex quibus sequitur quod si versaremur in simplici propinazione venenti, procederet limitatio. At cum simus in terminis veneni propinata per ancillam dominæ, habemus legem specialem in corpore juris competensam, in qua cavitur quod conatus etiam in actu remoto puniatur eadem poena. Sic mihi

mihi probat Text. in l. 1. ad fin. ff. ad leg. Pompei, de parricid. juxta leg. aut facta, §. persona, ff. de panis. Nam in d. l. 1. sic Martianus respondit: qui emit venenum, ut patri daret, quamvis non potuerit dare. Quo Textu Bartoli ejus dispositionem extendit ad omnes preparantes venenum; sed communiter Doctores hanc exceptionem rejiciunt, quia hoc cautum fuit specialiter in filio volente occidere patrem ob maximam reverentiam quam ei praestare tenetur: quibus & ego sub scribo: sed in iure, servus quoad reverentiam debitam domino equiparatur filio, ut probat expresse Text. in d. aut facta, §. persona. Ibi: Persona duplicit spectatur, ejus qui fecit, & ejus qui passus est: aliter enim puniuntur ex ejusdem facinoribus servi, quam liberi, & aliter qui quid in dominum patremque ausus est, quam quid in extraneum: ita ut Saturninus, dum de augenda pena in reo aliquius criminis agit, eandem rationem augendae militare respondit in servo aliquid moliente contra dominum, ac in filio aliquid affectante contra patrem. Nam in utroque res pessimus exempli est, in filio ex vinculo naturae in servo ex vinculo juris civilis: ergo eadem dispositio dicta lege 1. procedit ex comprehensione ac identitate rationis, quod annullam procurantem mortem dominum, mediante propinatio veneni, non solum empi, sed preparati, atque cum effectu in potionem dati, ita ut londere ceperit.

Quod dubio carent in his Regnis, nam non solum habemus d. l. 1. tit. 8. part. 7. qua caverit idem quod in d. l. 1. ff. ad leg. Pompei, de parricid. sed l. 7. cod. titulo, per quam generaliter cautum est, quod pena mortis teneatur qui emerit, habuerit, confecerit venenum ad aliquem occidendum, sive occiderit, sive non, ut expresse dicitur in Text. ibi: Deven havet pena de homicida maguer el que las comprò non pueda cumplirlo que cuidava, & in d. l. 1. ibi: maguer non ge las pueda dar: & sic docent dominus Gregorius Lopez in his Text. & in l. 17. tit. 5. part. 5. glof. 1. dominus Covarruyas & ceteri laudati supra n. 4. pluribus dominus Sologorno de parricid. lib. 16. per tot. & dominus Larrea allegatione 47. num. 12. sed specialiter ad nostram speciem Hermofilla d. n. 2. vers. & etiam ibi: Maximè si esset filius, uxor, consanguineus, vassalus, servus, aut famulus, qui patrem, maritum, consanguineum, aut dominum veneno occidere vellent. Et cum habeamus dispositionem generalem, ut omnes nostri Doctores notant, affectus factus fuit delictum speciale, quo peracto pena ordinaria subintrat. Et quantumvis adesset specialis dispositio d. l. 1. 2. quæ loquitur de filio preparante venena ad necem patris, expendi possent plures Textrus ad corroborationem hujus conclusio[n]is, ut Text. in l. 2. tit. 31. d. part. 7. In quo caverit quod ex cogitatione delinquendi nemo puniatur; sed id ibidem explicarum habemus, ita ut sit ad factum 31 perveniat, puniri debet, etiam effectu non fecuto: & dum ponuntur exempla, specificè agitur de propinatio veneni. Ibi: E lo mismo seria, si viniese en voluntad a algun Ome de matar a otro, si tal pensamiento malo como este comenzare a lo meter por obra, teniendo alguna ponpona aparejada para darle a comer, o bever. Sic similiter expendi posset Textus specialiter ad nostram speciem in l. 8. cod. tit. 31. ibi: Casas crudamente deven escamenter al servo que al libre, quod est idem ac cautum in d. leg. aut facta, §. persona, ut dixi supra n. 28. præcipue cum adco commendata sit reverentia servi respectu domini, per nostram jura, ut teneatur cum defendere, cum dispendio propriæ vita. Text. in l. 2. tit. 19. part. 2. ubi Gregor. Lopez glof. 6. melior Text. in l. 5. tit. 21. part. 4. ibi: e morir por ello por escusarlo de muerte o de deshonra, ubi Greg. Lopez glof. 4. Quanto magis debet accepte puniri, si vita domini infidias paraverit: sic pariter expendi potest l. 2. tit. 23. lib. 8. recop. per quam imposta reperitur pena mortis vulneranti, vel percutienti proditorie, vel per insidias, aut confilio habito, animo occidendi, etiam si mors non sequatur. Quia cum propinatio veneni crimen proditorium sit, ut probavi contr. 30. n. 49. eo ipso quod venenum propinatum apparet, & lesio aliqua subsequatur, absque dubio pena ordinaria imponi debet, ex vi istius Textus, ut probant Didac. Perez in leg. 2. tit. 13. lib. 8. Ordin. & Azevedo in d. leg. 2. n. 16. cum segg. Neque deficit animus occidendi, cum propinatio ad id immediate tendat, si venenum propinatum lethale sit, in cuius terminis nostra controversia veratur.

Secundum dubium multò magis ur. 35 gebat, quia in eadem l. 8. tit. 31. part. 7. clarissime cautum habemus quo pacto irroganda

- roganda sint poena minoribus. Nam si reus dolii capax non est, quod in eo Textu præsumitur usque ad decimum annum cum dimidio, nulla poena dignus censeretur. Sic censuit Aula, in cuiusdam pueri causa, qui in condimento allato ex domo pistoris, arsenici quantitatem immiscerit: & licet adesset querela domini, ex ea dispositione impunitus evasit. Idem observavit Aula criminalis Regiae audiencie Valentina in causa duorum puerorum, ex nobilioribus, qui Sacerdoti cohortum magistro arsenicum ab ipso comparatum, ut mures perderet, in olla carnium proiecerunt; ex cuius eliu quatuor, aut quinque persona periclitarunt. Sed quia major, annum octavum non etat egressus, causa non fuit prosecuta: si autem reus annum decimum cum dimidio complectum haberit, sed minor si decem, & septem annis, pena imponi debet; sed præcisè temperanda; à decimo septimo usque ad vigesimum quintum religioni judicantis relictum est, an temperanda sit: nam licet regulariter rei subveniantur, in atrocissimis, si malitia supplet extat, pena ordinaria imponi potest, & solet, ut latius probavi controvers. 8. n. 19. cum segg. & hoc iure utimur. Et quamquam ex conditione servi pena potuit 38 aggravari, hoc extra ordinem intelligentem est: quia imbecillitas ex natura procedit; ea autem quæ servitudinem consequuntur, à jure civili, quod non potest jura naturalia difirmare ex regula Text. in leg. jura 8. ff. de regulis juris, cum vulgaris; & sic pena extraordinaria fuit plexa sententia dicti 8. Augusti anni 1662.
- ¶¶¶¶¶
- ### CONTROVERSIA XXXIII.
- De homicidio patrato in personam Procuratoris partis adversæ, quæ in lito obtinuerat; & an ex ea amulatio excusatetur quis à poena ordinaria?
- S U M M A R I U M.**
- 1 Facti species proponitur.
 - 2 Difficillimum est iustum dolorem temperare.
 - 3 Sui non compos pre iracundia delinquendo mitius puniri debet.
- 4 Causa quelibet à poena ordinaria excusare debet.
- 5 Causa magis quam voluntate delinquens mitius puniendus est.
- 6 Homicidium culpæ, non dolo patratum, extra ordinem puniendum est.
- 7 Ex lite totius substantie, inimicitia gravis oriri solet.
- 8 Judicis officium necessarium est, Procuratoris, & Advocati voluntarium.
- 9 L. 1. S. queri s. ff. ad Senat. Conf. Turpilian. expendit.
- 10 Inconclusus calor, excusat omnino à poena.
- 11 Animus delicta determinat.
- 12 Voluntas nocendi, causa effectiva est delicti contrahendi.
- 13 Voluntarii, & data opera delinquens de jure Hispano penam delicti ordinariam incurrit.
- 14 Domus propria habitationis unicuique tutissimum refugium esse debet.
- 15 Domus refugium violenter aggrediens, lege Julia de vi publica tenetur.
- 16 Domus tyranni expugnari à nemine, quantumvis optimo, debet.
- 17 Latitans, & armatus, qui inermem expectat, vulnerat & occidit, insidiosæ, & proditorie occidisse videtur.
- 18 Dolor non excusat, si causa ipsius doloris non est iusta.
- 19 Sententia supremi Senatus neque provocationem, neque aliquam dubitatem admittunt.
- 20 Procurator per simplicem defensionem sui clientis, neminem provocat.
- 21 Presertim in causa civili, si causa non continet actionem famosam.
- 22 Procurator quid in forensi controversia excusatetur.
- 23 Procuratoris officium de jure civili necessarium erat, & multo magis de jure Hispano.
- 24 Procuratoris officium à Rege creatur, & publicum est, & habet speciem dignitatis.
- 25 Lites civiles, sive pecuniaria materiam criminibus creant.
- 26 Causa delinquens in rixa excusat, si percutierit non animo occidendi, secus si eo animo sit.
- 27 Inimicitia procedens inter litigatorem, & Advocatum sive Procuratorem adversarii presumptiva est, & fallit in plurimis.
- 28 Inimicitia procedens comprobatur dolum, & animum occidendi.
- 29 Accusans aliquem temere non peccat in his quæ lege naturali prohibentur directe.